Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae magnus Dux
Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc. dominus et haeres.

Magnifico Hieronimo Buzinskj de Buszenin Thesaurario Regni, et
Zupparum Cracovien. praefecto, ac Brzesnicen. nostro Capitaneo,
S. Xnc. nobis dilecto gratiam nostram Regiam. Magnifice S. Xnc. nobis
dilecte. Moris esse antiqui S. Xnc. tua non ignorat expeditiones literarum
publicarum Cancellariis Regni, ex Thesauro nostro persolui, cumque hoc
anno ad celebrandum Conventum Varschovien. expeditionem eiusmodi
literarum R. Iueren. Franciscus Crassinskj Vicecancellarius Regni
et Praepositus Plocen. fecerit, neque adhuc nomine eius pensum suum ex The-
sauro receperit. Volumus et mandamus S. Xnc. tuae, ut illud nempe
Centum marcarum pecun. monetae et numeri cois Regni ipsi Reueren. Vi-
cecancellario persoluat, atque ex pecun. publicis quamprimum numera-
ri curet. Quittantiam nostram hanc ab eo S. Xnc. tua recipiet, quam
nos demum in ratione reddenda suscepturi sumus. Aliter pro gratia nostra
non facturi. Datum Varschoviae die X mensis Aprilis. Anno
domini M. D. LXX° Regni vero nostri XXXXI°.

Sigismundus Augustus
Rex ss.



1570

Cancellarii minori

ꝟ 160